

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

CONCILIA LATINORVM SEQVVNTVR QVORVM PRIVS EST CARTAGINESE:

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

CONCILIA LATINORVM

SEQVNTVR, QVORVM PRIVS EST CARTAGINENSE.

INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII CARTHAGINENSIS.

- ¶ Ut baptismum in trinitate susceptum non iteretur.
- ¶ De martyrum sepulchris & honorificentia.
- ¶ Ut clerici & sanctimoniales femine cum extraneis viris vel feminis non habitent.
- ¶ Ut cum viduis vel aliis extraneis personis non commorentur.
- ¶ Ut clerici, vel laici in alterius ecclesia non ordinentur.
- ¶ Ut clerici actus secularium vel procuraciones non suscipiant.
- ¶ Ut clerici vel laici in aliena ecclesia non communicent sub litteris sui episcopi.
- ¶ Ut implicati negotiis alienis, ante redditam rationem clerici non ordinentur.
- ¶ Ut laici clericos actores vel ratiocinatores sibi non constituent.
- ¶ Ne episcopus alterius episcopi plebes vel fines usurpet.
- ¶ De clericis contumacibus & de numero iudicatum presbyterorum & diaconorum.
- ¶ Ut pacta inter episcopos inita custodiantur.
- ¶ Ut non liceat clericis fenerare.
- ¶ Ut laici contemptores canonum excommunicentur, clerici vero honore priuentur.

¶ Expliciunt capitula.

INCIPI T CONCILIUM CARTHAGINENSE.



VM GRATVS EPISCOPVS CARTHAGINENSI

A

in concilio vna cū collegis suis confedisset, & qui ex diuersis prouintiis aphricanis ad carthaginē cōuenerūt, Felice baiānēsi, Fortunatiano raptano, Crescēte baiēsi. Vindiciano lacubaiēse, Abundātio adrumetino, Priato begesilitano, Gaudētio turrealiēse, Patricio sincēsi, Quieto vticensi, Rumulo tebestiano & ceteris quorum nomen continetur, idem gratus episcopus dixit, Gratias deo omnipotenti & christo Iesu qui dedit malis schismatibus finem & respexit ecclesiā suam ut in eius gremiū erigeret vniuersa mēbra dispersa, qui imperauit religiosissimo constantio imperatori, vt votum gereret vnitatis, & mitteret ministros sancti operis famulos dei paulū & macharium, Dei ergo nutu cōgregati ad vnitatē vt per diuersas prouintias cōcilia celebrem⁹, & vniuersę puintie aphricę hodierna die cōciliū gratia dei carthaginē veniret, vnde cōsiderātib⁹ vobis cum mea mediocritate tractetur tituli necessarii, de quibus necesse est nos memores preceptorū diuinorū & magisterii diuinarum scripturarū cōtemplantes vnitatis tēpus, id de singulis definire q̄ nec carthagovigorē legis infringat, nec tamen tempore vnitatis aliquid durissimum statuamus.

¶ Capitulum primum.

ERgo si vobis placet cōsideremus primū titulū rebaptizationis, vnde sanctitatem vestrā postulo vt mētis vestre placita producat ad descendēte in aquā & interrogatū in trinitate secundū euāgelii fidē & apostolorū doctrinā, & cōfessum bonā cōscientiam in deum, de resurrectione Iesu christi si liceat iterū interrogari in eadē fide, & in aqua iterū intingi, vniuersi episcopi dixerūt, absit, absit. Illicitas esse sancim⁹ rebaptizationes & satis esse alienū a sincera fide & catholica disciplina, gratus episcopus dixit, magna beatitudo a deo patre, per dominū christū concessa est tēpore nostro, vt liceat religiosi mētibus insinuare ecclesiasticā disciplinam, vt auditores percipientes regulā rectam & deo placentē premia multorū bonorum percipiāt, vt in ipsis deus in omnibus, & p omnibus honoretur, discussus est titulus necessarius rebaptizationis in quo plus schismatis rabies delitescbat, & habita moderatiōe legis vigore & auctoritate fides custodita est, Illud sane sapiētissimis vestris sensibus insinuare cōtendo, licet vestra prudētia sit instructa a deo & mereatur in pace & vnitatē cōsequi desuper numerosa larga, tamē & egovnus ex vobis & qui parē vobiscū sollicitudinē gero, pper eccles-

A.i.

B

CONCILIVM PRIMVM CARTHAGINENSE.

- A** **Capitulum secundum.**
¶ **M**artyrum dignitatem nemo prophanus infamet neq; passiva corpora que sepulture tantū propter misericordiā ecclesiasticā cōmendari mandatū est redigāt, vt aut infania precipitatos aut alia ratione peccati disūctos non ratione vltē tēpore cōpetētī quo matyria celebrentur martyru nomina appellēt, vt si quis ad iniuriā martyru claritatis eorū adiungat insanos, placet eos si laici sint ad penitentiā redigi. Si autē sunt clerici post cōmonitionē & post cognitionē honore priuari, Vniuersi dixerunt, recte stabilit sanctitas vestra, hoc et singulis conciliis statum est.
- B** **Capitulum tertium.**
¶ **G**ratius episcopus dixit, Et illud p̄cipue si videtur vestre dilectioni cauēdum est, vt pastoris curā quātum debet & potest regularis prouidētia premoneat, vt nullis liceat ab affectu abstinentib⁹ carnali apud extraneas pariter cōmorari, occasiones enim amputāde sunt peccatorū, & tollende omnes suspitiones quibus subtilitas diaboli sub pretextu charitatis & dilectionis incautas animas vel ignas irretitas cōsuevit. Nullus igitur nullaq; sanctimonie & virginitati deseruiēs ppter blasphemiam ecclie si vobis placet in vna domo cū extraneis penit⁹ cōmorari debēt, vniuersi dixerūt, Qui nolūt nubere, & pudicitie meliōrē eligunt partē hec vitare debent, & nō solū habitare simul sed nec habere ad se aliquē accessum, hoc ergo & lex iubet, & sanctitas vestra cōmendat, vt in singulis conciliis statutū est, Gratus episcopus dixit, ergo persuasio interdum prudētes solet arcere a peccatis, dum imprudētes debet metus huiusmodi cōstringere, si sanū consiliū respuūt & salutare mandatū. Si ergo laici sunt, post cōmonitionē si contēpserint a cōmunionē separentur, vniuersi dixerunt placet.
- C** **Capitulum quartum.**
¶ **G**ratius episcopus dixit, & si infinita sunt que lege p̄scripta p̄ficiētia discipline & vnusquisq; nostrum tractatu assiduo & cōmonitione frequētī per singulas quasq; species p̄ficiētes ad disciplinā poterit populos inuitare, tamē aliqua ex eis, ppter blasphemias suggerēda sunt a nobis & in cōcilio statuēda, si videtur vobis pari sentētia teneātur etiam hii qui cum viduis cōmorantur & nulla secum germanitate coniuncti sunt, vniuersi dixerunt, iuxta viduos & viduas eadem lex maneat & sententia.
- D** **Capitulum quintum.**
¶ **P**riuatus episcopus begisilitanus dixit, suggero sanctitati vestre vt statuatis nō licere clericū aliēnum ab aliquo suscipi sine litteris episcopi sui neq; apud se retinere, nec laicum vsurpare sibi de plebe aliēna, vt eū ordinet sine conscientia eius episcopi de cuius plebe est, gratus episcopus dixit, hec obseruantia pacem custodit. Nam & memini in sanctissimo concilio Sardicensi statutum, vt nemo aliterius plebis hominem vsurpet, sed si forte erit necessarius petat a collega suo, & per consensum habeat.
- E** **Capitulum sextum.**
¶ **N**icasius episcopus culustitanus dixit, credo placere suggestionē meā sanctitati vestre & displicere vobis, vt qui seruiūt deo & annexi sunt clero nō accedāt ad actus seu administrationē vel p̄curationē domorū, gratus episcopus dixit, & apostolorū statuta sunt que dicūt, nemo militās deo ingerit se negotiis secularibus, proinde aut clerici sint sine actionibus domorū, aut actores sine officio clericorum, vniuersi dixerunt, hoc obseruemus.
- F** **Capitulum septimum.**
¶ **C**asianus vsulēsis episcopus dixit, statuatur grauitas vestra, vt vnusquisq; cleric⁹ vel laic⁹ nō cōmunicet in aliēna plebe sine litteris ep̄i sui, gratus episcopus dixit, nisi hoc obseruatū fuerit cōmunio fiet passiva. Nā si cū litteris recept⁹ fuerit, & cōcordia inter ep̄os seruatur, & nemo subtilis alteri⁹ fugiēs cōmunione ad alterū latēter accedit, vniuersi dixerūt, oib⁹ p̄uides & clero & laicis cōsulis.
- G** **Capitulum octauum.**
¶ **M**agnus episcopus astuagenlis dixit, quid dilectioni vestre videtur, p̄curatores & actores etiā per se tutores pupillorū si debeat ordinari, grat⁹ episcopus dixit, si post deposita vniuersa & reddita ratiocinia si act⁹ vite ipsorū fuerit probati in oib⁹ debent cū laude clerici si postulati fuerint honore munerari. Si enim ante libertatē negotiorū vel officiorū ab aliquo sine cōsyderatiōe fuerint ordinat⁹, ecclia infamatur, vniuersi dixerūt, recte oīa statuit sanctitas tua, ideoq; ita est & nra est quoq; snia.
- H** **Capitulum nonum.**
¶ **M**etus canonēsis episcopus dixit, recte statutū est, vt obnoxii aliēnis negotiis nō ordinētur. Tñ dimissi & gratias referre debēt & a clericorū iniuria tēperare, & ipsis nō liceat clericos nros eligere apothecarios vel ratiocinatores, grat⁹ episcopus dixit. Nulli dubiū est qđ omnes, vel dñi, vel p̄curatores, vel quicūq; p̄sunt cū audierint saluberrima istituta cōciliū & sibi eē cōsultū nec impeditū, p̄pria debebūt tēperare iniuriā in clericis nostris, qđ si iniuria cōstitutiois ip̄eratorie clericos inquietādos putauerit, si defensio ecclesiastica nos nō deridet pudor public⁹ vindicabitur, vniuersi dixerūt, saluberrime professiones debuerunt

debuerunt a tanto concedi consilio.

Capitulum decimum

Felix episcopus baiensis dixit. Nullus debet college suo facere iniuriā, multi enim & transcendunt sua, & usurpant aliena ipsis inuitis, gratus episcopus dixit, auaritie cupiditate radicē omnium malorum esse nemo est qui dubitet. Proinde inhibendum est ne quis alienos fines usurpet, aut transcendat episcopū collegā suum aut usurpet alterius plebes sine eius petitu quia inde cetera mala omnia generantur, vniuersi dixerunt, placet placet.

Capitulum vndecimum.

Elpidophorus cuicalitanus episcopus dixit, statuatur sanctitas vestra ut clerici qui superbi vel contumaces sunt coerceantur ut qui minores maioribus irrogauerint iniurias metū habeant, gratus episcopus dixit manifestum est illū non esse dei qui humilitatem continet sed diaboli, qui superbie inuictor & princeps est unde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in maiore natu, vel aliquā causam habuerit a tribus vicinis episcopis si diaconis est arguatur, si presbyter a sex, si episcopus a duodecim consacerdotibus audiatur vniuersi dixerunt episcopi, contemptus debet contumacie & superbie in omnibus fragi, cā vero pro personis ab statuto numero audiatur

Capitulum duodecimum.

Antigonus episcopus matirensis dixit, grauē iniuriā patior & credo dolere sanctitatem vestram contumeliā meam, & computare comunem iniuriā, Optati cum se representaret pactū meū habuit & diuisum est, ut illiciat populorum imperitorum animas contra disciplinā contra euāgelicā traditionē contra pacē placitam. Nā si sibi posse contingere arbitrarētur nunquā profecto in fratrem aliquis deliquisset, unde aut in ita pacti sui obtineat firmitatē, aut cōuertatur si nō cohibuerit ecclesiasticā sentiat disciplinā, vniuersi dixerunt pax seruetur, pacta custodiatur.

Capitulum decimum tertium

Abundantius episcopus adumetinus dixit, in nostro concilio statutū est, ut non liceat clericis fenerare quod & sanctitati tue & huic concilio videatur presenti placito designetur. Gratus episcopus dixit, nouelle suggestiones que vel obscure sunt vel sub genere latent inspecte a nobis formam accipient. Ceterū de quibus apertissime diuina scriptura sanxit nō differēda sententiā est, sed potius exequenda proinde quod in laicis reprehenditur id multo magis clericis oportet predānari, vniuersi dixerunt nemo contra prophetas, nemo contra euangelia facit sine periculo.

Capitulum decimum quartum.

Gratus episcopus dixit, iuxta statuta concilii & mee mediocritatis sententiā placet facere rerū omnium conclusionem, vniuersi tituli designati & digesti teneant sententias suas, Sane credo vos retinere multis conciliis a patribus nostris, & traditionē temerariā esse dānatam, & rebaptizationis impietate esse puniendā quas res etiam nostro concilio credo iam terminū accepisse, reliqua vero que vel facta vel dicta superius comprehensa sunt vel aliis conciliis conscripta que secundū legem inueniuntur custodire nos oportet. Si quis vero statuta supergressus corruerit vel pro nichilo habēda putauerit si laicus est cōmuniōne, si clericus est honore priuetur, vniuersi dixerunt placet, placet. Gratus episcopus dixit, superest iam ut placita omnium nostrorum que ad cōsensum vestrum sunt scripta vestra quoque subscriptione firmetis vniuersi dixerunt, & cōsensisse nos concilio huius scripta testatur & subscriptione nostra cōsensus declarabitur noster, & subscripserunt.

Explicit concilium Carthaginense primum.

INCIPIT INTRINSECA CAPITULA CONCILII CARTHAGINENSIS SECVNDI.

Ut trinitas & credatur & predicetur.

Ut castitas a leuitis & a sacerdotibus custodiatur

Ut chrisma & benedictio puellarū & reconciliatio penitentium a presbyteris non fiant.

Ut presbyter penitentem iussus ab episcopo suo reconciliet.

Ut diocesis que episcopum nunquā habuit non habeat,

Ut qui criminibus implicati sunt clericos non accusent.

Ut qui excommunicatum alterius susceperit excommunicetur.

Ut si presbyter excommunicatus sacrificare presumpserit anathematizetur

Ut si presbyter inconsulto episcopo agenda celebrauerit honore priuetur.

Quanti debeant iudicare sacerdotem atque leuitem

Ut nullus parochiam alienam presumat.

Ut sine consensu metropolitani nullus ordinetur episcopus.

Ut qui contra professionem & subscriptionem suam venerit in concilio deponatur.

Explicit Capitula.

A.ii.

INCIPIT CONCILIVM SECVNDVM CARTHAGINENSE HABITVM ERA. CCCCXXVIII.

A



LORIOSISSIMO IMPERATORE VALENTINIANO Augusto quarto, & theodosio viris clarissimis cōsulibus. xiiii. kalendas Iunii carthagine in basilica perpetua restituta, cum genedius episcopus vna cū victore adriano, & alio victore pupinianense & ceteris coepiscopis suis prouinciarum diuersarum confedisset, genedius episcopus dixit.

Capitulum primum.

B

Omni potēti deo gratias refero qui permisit vt secundū commune cōsiliū habitū in p̄torio etiā ita iuxta tenorē petitionis litterarum mearū ad carthaginē pro fide atq; vilitate ecclesiastica veniretis, licet nō omnes tamē quoniā charitas totū persuadet, vt qui corpore sunt absentes nobiscū in spiritu videātur esse cōiūcti, idcirco deo p̄picio, quia presentes estis pari p̄fessione fides ecclesiastica que per nos traditur in hoc cetū glorioso primit⁹ cōstitenda est, vnde nūc ordo ecclesiasticus singulorū ex consensu omniū est extruēd⁹ atq; roborand⁹, vt fratrū & coepiscoporū nuper p̄ motorū mētes de his que proponēda sunt roborētur, Et sicut a patribus certa dispositione accepim⁹ vt trinitatē quā in nostris sinibus consecratā retinemus patris & filii, & spiritus sancti vnitatem, que nullā noscitur habere noticiā sicut didicim⁹ dei populos instruam⁹, ab vniuersis ep̄is dictū est, plane sic accepim⁹, sic tenemus fidē apostolicā sequētes Capitulum secundum.

C

Aurelius episcopus dixit, cū in p̄terito cōsilio de cōtinētie & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres cōscriptione quadā castitatis per cōsecratiōes annexi sunt, Ep̄os inquā presbyteros & diaconos ita placuit vt cōdecet sacrosanctos antistites & dei sacerdotes necnō & leuitas, v̄l qui sacramentis diuinis inseruiunt continētes esse in omni⁹ quo possint simpliciter quod a deo postulat impetrare, vt qd̄ apostoli docuerūt & ip̄a seruauit antiquitas, nosq; custodiam⁹, ab vniuersis ep̄is dictū est, Omni⁹ placet vt ep̄scopi p̄sbyteri & diaconi vel qui sacramenta cōtrectant pudicitie custodes etiā ab vxorib⁹ se abstineāt, ab omnibus dictū est, placet & vt in omni⁹ & ab omni⁹ pudicitia custodiatur qui altario deseruiunt. Capitulum tertium.

D

Fortunatus ep̄s dixit, si iubet sanctitas vestra suggero, nā memini p̄terito cōcilio fuisse statū, vt chrisma, v̄l reconciliatio penitētium nec nō puellarū consecratio a presbyteris nō fiant, si quis autem emerferit hoc faciēs quid de eo statuēdū sit? Aurelius ep̄s dixit, audiuit dignatio vestra suggestionē fratris & coep̄scopi nostri fortunati, quid ad hec dicitis? ab vniuersis ep̄is dictū est, chrismat̄is consecratio & puellarū consecratio a presbyteris nō fiat, vel recōciliare quēq; in publica missa presbytero non licere, hoc omnibus placet. Capitulum quartum.

E

Aurelius ep̄s dixit, si quisq; in periculo fuerit cōstitut⁹ & se recōciliari diuinis altaribus petierit, si ep̄s absens fuerit debet vtq; presbyter cōsulare ep̄scopū, & sic periclitantem eius precepto recōciliare quā rem debem⁹ salubri consilio corroborare, ab vniuersis ep̄is dictū est, placet qd̄ sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est. Capitulum quintum.

F

Felix ep̄s selemelitanus dixit, etiā si hoc placet sanctitativestre insinuo, vt dioceses que nunq̄ ep̄os acceperunt nō habeāt, & illa diocesis que aliquādo habuit habeat propriū, & si accedēte tēpore crescēte fide dei populus multiplicatus desiderauerit propriū habere rectorem eius videlicet voluntate in cuius potestate est diocesis cōstituta habeat ep̄scopū, secundū autē hanc prosecutionē sanctitas vestra estimet quid fieri debeat, Genedi⁹ ep̄s dixit, si placet insinuatio fratris & coep̄scopi nr̄i felix ab omni⁹ cōfirmetur, ab vniuersis ep̄is dictū est placet. Capitulum sextum.

G

Numidi⁹ ep̄s massilitanus dixit, p̄terea sunt quāplurimi nō bone cōuersationis qui existimāt maiores natu, v̄l ep̄os passim vageq; in accusationē pullandos, debēt tam facile admitti nec ne? Aurelius ep̄s dixit, placet ergo caritati vestre vt is qui aliquibus sceleribus irretitus est vocem aduersus maiores natu nō habeat accusandi, ab vniuersis ep̄is dictum est, si criminofus est, non admittatur, omnibus placet. Capitulum septimum.

H

Felix ep̄s selemelitanus dixit, illud autē vestre suggero sanctitati, vt hi qui p̄ facinorib⁹ suis de ecclesia pellūtur, & ausi fuerit ad comitatū pergere, aut ad iudicia publica p̄silire, aut si forsītā eccl̄ie catholice limina cōturbare, ep̄s vel clericus cuiuslibet plebis eos sine cōsensu susceperit, de his quid cēsetis? Ep̄gonius ep̄s bullensium regionū dixit, si quis ep̄s cōmunionē tenens catholicā huiusmodi homines vanis blandimētis incedētes temere susceperit, sciat cū his se rectissime deprauatū vel dānatū, Genedius

Genedius

nota omniū morē de cōhinc
ha ab Apostoli usq; seruati

Genedius ep̄s dixit, ergo recte suggerūt fratres & coepiscopi, vt qui merito facinorū suorū ab ecclesia pulli sunt, si ab aliquo episcopo p̄bytero vel clerico fuerint in communione suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugientes sui episcopi regulare iudiciū, ab vniuersis episcopis dictum est, omnibus placet.

Capitulum octauum

Alipius ep̄s ecclesie tagastensis legatus puincie numidie dixit, nec illud pretermittēdū est, vt si quis forte p̄byter ab ep̄o suo correptus aut excōmunicat⁹ tumore vel superbia inflatus putauerit separatim domino sacrificia offerēda, v' aliud erigendū altare cōtra ecclesiasticā fidē disciplināq; crediderit agendū, non exeat impunitus, Valēti⁹ prime sedis pouintie numidie dixit, necessario discipline ecclesiastice & fidei cōgrua sunt que frater noster alipius prosecut⁹ est, proinde quid exinde videtur vestre dilectioni edicite, si quis p̄byter contra episcopū suū inflatus schisma fecerit anathema sit, ab vniuersis episcopis dictum est, Si quis p̄byter a preposito suo excōmunicat⁹ vel corrept⁹ fuerit, debet vtiq; apud vicinos episcopos cōqueri vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo ep̄o reconciliari, qđ nisi fecerit sed superbia (qđ absit) inflat⁹ secernēdū se ab episcopis sui communione duxerit ac separatim cū aliquib⁹ schisma faciēs sacrificiū deo obtulerit, loco amisso anathema habeatur, & locum amittat, nichilomin⁹ & de ciuitate & cōgregatione in qua fuerit longi⁹ repellatur, ne vel ignorantes vel simpliciter viuentes serpentina fraude decipiat, quoniā secundū apostolū, ecclesia, vna eyna fides, vnum baptisma, & si querimonia iustam aduersus episcopum non habuerit, inquirendū erit.

Capitulum nonum

Numidi⁹ episcopus massilitanus dixit, in quibūdā locis sunt p̄byteri qui aut ignorātes simpliciter aut dissimulantes audaciter presente & incōsulto episcopo cōplurimis in domiciliis agant agenda, qđ discipline incōgruū cognoscit esse sanctitas vestra. Genedius ep̄s dixit, fratris & coepiscopi nostra digni satisfactione respōdere nō moremur, ab vniuersis ep̄is dictū est, quisquis p̄byter incōsulto episcopo agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

Capitulum decimum

Felix ep̄s selemselitanus dixit etiā hoc adiciō secundū statuta veterū conciliorū, vt si quis ep̄s qđ non opinamur i reatū aliquē incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas nō posse plurimos cōgregare ne in crimine remaneat a duodecim ep̄is audiatur & a sex p̄byteris, & a tribus diaconib⁹ cum p̄prio suo episcopo. Genedius ep̄s dixit, quid ad hoc dicit sanctitas vestra ab vniuersis ep̄is dictū est, a nobis veterum statuta debere seruari.

Capitulum vndecimum

Victor ep̄s abziriditanus dixit, roborāda est ecclesiastica disciplina, ne quisq; episcoporū alteri⁹ plebes vel diocesim sua importunitate pulsare debeat qui hoc facere tēptauerit queadmodū coercendus est. Genedius ep̄s dixit, & lex sancta phibet, & ipsa veritas definit nō debere quēq; aliena cōcupiscere. Proinde quid etiā vobis omnibus placeat p̄pria voce signate, ab vniuersis episcopis dictū est, placet secundū diuine legis & sancti euāgelii auctoritatem, vt nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

Capitulum duodecimum.

Numidi⁹ ep̄s massilitan⁹ dixit, aliqui ep̄i vsurpatōe quadā existimāt cōtēpto primatē cuiuslibet puincie siue ad desideriuū populū episcopū ordinare sine litteris ad se prime cathedre manātib⁹, neq; postea acceptis, quid de hoc statuit sanctitas vestra. Genedius ep̄s dixit, quoniā cōmunis est honorificetia que vnicuiq; seruari oportet, id ipsum fraternitatis vestre cōuenit pronuntiāre, ab vniuersis episcopis dictū est, placet omnib⁹ vt incōsulto primatē cuiuslibet puincie tam facile nemo p̄sumat, licet cū multis episcopis in quocūq; loco sine eius, vt dictum est precepto episcopum ordinare, si autem necessitas fuerit tres episcopi in quocūq; loco sint cum primatis p̄cepto ordinare debeāt episcopum.

Capitulum decimum tertium

Genedius ep̄s dixit, omnia ergo que a vestro cetū gloriosissimo statuta sunt placet ab omnibus custodiri, ab vniuersis episcopis dictum est, placet vt custodiātur ab omnibus, genedius ep̄s dixit. Si (quod non opinamur) ab aliquo fuerit violata, qđ statuitis quid fieri debeat. Ab vniuersis ep̄is dictum est, qui contra suā p̄fessionem vel subscriptionē venerit ipse se ab hoc cetū separabit. genedius ep̄s dixit, gratulemur domino nostro p̄stante quod p̄ statu ecclesie catholice cuncta nos salubri consilio seruanda decreuimus. Et ideo que ab omnibus sunt dicta p̄pria debemus subscriptione firmare, ab vniuersis episcopis dictum est, fiat, fiat, & subscripserunt.

Explicit concilium carthaginense secundum.

A. iij.

CONCILIUM CARTHAGINENSE TERTIUM.
INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TERTII.

- ¶ Ut comprouinciales episcopi de pascha suū inquirent primatem.
- ¶ Ut per singulos annos concilium fiat.
- ¶ Ut episcopus priusq̃ ordinetur canones agnoscat.
- ¶ Ut leuite & virgines ante. xxv. annos non consecrentur.
- ¶ Ut sacramentum cathecumini non prebeatur.
- ¶ Ut baptismum mortuis vel eucharistia non detur.
- ¶ Ut episcopus accusatus ubi, vel infra quod tempus examinetur.
- ¶ De presbyteris & diaconibus quanti episcopi eos audiant.
- ¶ Ut clerici publica iudicia non appellent.
- ¶ Si a quoquā ab aliis iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices & ecclesiasticos maioris auctoritatis prouocatum fuerit non obesse prioribus diuersas sententias proferentibus.
- ¶ Ut filii clericorum ad spectacula non accedant.
- ¶ Ut clericorum matrimoniis infideles non socientur.
- ¶ Ut clerici de rebus suis nichil infidelibus conferant.
- ¶ Ut clerici filios suos a sua ptate exire nō sinant nisi etate & morib⁹ cōprobatos.
- ¶ Ut clerici non sint conductores vel negotiatores.
- ¶ Ut clerici non vsurarii sint.
- ¶ Ut cum clericis extranee femine non cohabitent.
- ¶ Ut clerici non ordinentur nisi omnes qui cum eis sunt fideles existant.
- ¶ Ut clerici cum ad pubertatem venerint, aut coniugiū aut castitatē profiteantur.
- ¶ Ut plebes alienas alius episcopus non vsurpet.
- ¶ Ut nullus episcopus alienum clericum audeat retinere vel ordinare.
- ¶ Ut nullus clericus ordinetur nisi fuerit probabilis.
- ¶ De precibus & orationibus.
- ¶ Ut in sacrificio tantum panis & calix offeratur.
- ¶ Ne clerici vel continentes ad viduas vel virgines soli habeant accessum.
- ¶ Ut prime sedis episcopus princeps sacerdotum non appelletur.
- ¶ Ut clerici tabernas non ingrediātur.
- ¶ Ut episcopus sine formata metropolitani longius non proficiscatur.
- ¶ Ut missa a ieiunis celebretur.
- ¶ Ut nullus in ecclesia conuiuetur.
- ¶ Ut penitentibus iuxta peccatorum modum penitentia detur.
- ¶ Ut presbyter preter iussa vel absentia episcopi non reconciliet penitentes.
- ¶ De custodia sacrarum virginum.
- ¶ De baptizandis egrotis qui iam loqui non possunt.
- ¶ Ne apostatis vel histrionibus conuersis penitentia negetur.
- ¶ Ut presbyter chrisma non conficiat.
- ¶ Ut clerici sine necessitate in aliena ciuitate non inmorentur.
- ¶ Ut non liceat fieri translationes episcoporum.
- ¶ Ut non presumant duo episcopi ordinare pontificem.
- ¶ Ut dum episcopus eligitur (si contradictores habeat) quinque sacerdotes conueniant.
- ¶ Ut per singulos annos conuenientes episcopi ad concilium etiam de paschali solenitate a primatu suo informentur.
- ¶ Ut non accipiat alium episcopum plebs que in diocesi semper subiacebit.
- ¶ Ut qui plebe sua contempta, ad concilium venire detrectant, & plebē & honorem amittant.
- ¶ Ut clericum alienum nullus sibi presumat episcopus ordinare.
- ¶ Ut episcopus qui plures habet clericos ei qui eget ad ordinandum postulatus largiatur.
- ¶ Ut episcopus qui in diocesi factus solum eam plebem teneat qua extitit ordinatus.
- ¶ Ut preter scripturas canonicas nichil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum.
- ¶ De baptizatis a donatistis.

¶ Vtea

¶ Ut ea que quis in ecclesiastico positus gradu acquisiuit, ecclesie conferantur.

¶ Ut gesta concilii eorum subscriptionibus confirmantur.

¶ Expliciunt capitula

INCIPIT CONCILIUM CARTHAGINENSE TERTIUM.



CESARIO ET ATTICO VIRIS CLARISSIMIS
sub kalend. septēbris carthagine i secretario Basilice restitute cum Aurelius
episcopus una cum coepiscopis suis cōsedisset astantibus etiam diaconibus con-
stituta sunt hec que presenti concilio definita sunt

Capitulum primum.

Placuit ergo in principio ppter errorē qui sepe solet oboriri vt oēs africane
prouincie epi obseruationē paschale ab ecclesia carthagenensi curent accipere

Capitulum secundum.

Similiter placuit, vt propter causas ecclesiasticas que ad pñitiē plebium sepe veterascūt singulis qui
busq; annis conciliū vocetur, ad quod oēs prouincie que primas sedes habent de cōciliis suis binos,
aut quantos elegerint epos mittāt, vt & min⁹ inuidiosi minusq; hospitibus sumptuosi existāt, vt cō-
gregato cōuētū plena possit esse auctoritas, de tripoli autem ppter inopiam eorum vn⁹ eps veniat.

Capitulum tertium.

Item placuit vt ordinatis episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta cōciliū auri
bus eorum inculcentur, ne se aliquid cōtra statuta concilii fecisse peniteat.

Capitulum quartum.

Item placuit vt ante. xxv. annos etatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lecto
res populos non salutent.

Capitulum quintum.

Item placuit vt p solēnissimos paschales dies sacramētū cathecumini nō detur nisi solitum sal, quia si
fideles per illos dies sacramenta non mutant nec cathecumini oportet mutare.

Capitulum sextum.

Item placuit vt corpibus defunctorū eucharistia nō detur, dictum est enim a dño, accipite & edite,
Cadauera aut nec accipere possunt nec edere, Cauēdū est etiā ne mortuos baptizari posse fratru infir-
mitas credat, qbus nec eucharistia dari licitū est. Capitulum septimum.

Aurelius eps dixit, quisq; eorum accusatur ad priates prouincie ipsius cām deferat accusator, nec
a cōione suspēdatur cui crimen intēditur nisi ad cām suam dicēdā electorum iudiciū die statuta lit-
teris euocat⁹ minime occurrerit, hoc est infra spatiū mensis ex ea die qua eū lras accepisse cōstiterit, qd
si aliquas veras necessitatis causas pbauerit, qbus eū occurrere nō potuisse manifestū sit, cause sue dicē
de intra alterū mensem integrā habeat facultatē, verū tādū post mensem scdm non cōicet donec pur-
getur. Si aut ad conciliū vniuersale anniuersariū occurrere noluerit, vel ibi causa eius terminetur, ipse
in se dānationis sue sniam dixisse iudicetur. Tēpore sane quo non cōicat, nec in sua ecclesia vel pochia
cōicet, accusator aut eius si nunq diebus cause dicende defuerit cōmunionē non remoueat. Si vero
aliquē defuerit subtrahens se, restituto in cōionem epo remoueat a cōione accusator, ita tñ vt nec ipsi
adimatur facultas cause pagende, si se occurrere voluisse, sed nō potuisse pbauerit. Illud vero placuit
vt cū agere ceperit in eorum iudicio si fuerit accusatoris persona culpabilis ad arguēdum nō admit-
tatur, nisi proprias causas nō tamen ecclesiasticas, si asserere voluerit.

Capitulum octauum.

Si aut pbrī vel diaconi fuerint accusati adiūcto sibi ex vicinis locis pprius eps legitimo nūero col-
legarū quos ab eodē accusati petierit. i. vna secū in pbrī nomine epi sex, in diaconi tres, qui ipsorum
cās discutiāt, eadē dierū & dilationū & a cōione remotionū & discussione psonarum inter accusato-
res & eos q accusantur forma seruata, reliquorū aut clericorum causas etiam solus episcopus loci agno-
scat & finiat.

Capitulum nonum.

De diuersis ordinibus ecclesie seruiētibus, vt si qs in cām criminis incurrerit & abnuerit iudiciū
ecclesiasticum debet periclitari, & vt filii sacerdotum spectacula secularia non adeant. Item placuit qd
quis episcoporum presbyterorum & diaconorum seu clericorum, cū in ecclesia ei crimē fuerit intenta-
tum, vel ciuili causa fuerit commota, si derelicto ecclesiastico iudicio publicis iudiciis purgari

A. iiii.